



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Ad sponsum Christum oratio intensa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

AD SPONSVM CHRISTVM

Iesum, piorum qui Thau Ezecheli-
ca consignati sunt, Oratio intensa.

Iudith 7.

Peccauimus quidem, o misericors Deus, im-
iuste egimus, iniquitatem fecimus: TV (qui
pro nobis uagisti, sitiisti, esuristi, alisti, astra-
sti, laborasti, de lassatus es: eguisti, uigilasti, ieiuna-
sti, &c.) Quia pius es miserere nostri, aut in
tuo flagello uindica iniquitates nostras, & nos
li Podeh, redemptor tradere cōfitentes te pop-
pulo, qui ignorat te. Tu domine atate Ezechie
regis Iudæ, angelum tuum misisti, qui mili-
tū Zennacherib interfecit ad 85000. milia: Idē
nunc quoque Dominator cœlorum, archipa-
stor bone & misericors, demitte angelum bon-
num, qui nos ad pauorem & terrorem istorum
aduersariorum antecedit: ut qui sanctum pop-
pulum tuum & ecclesiam tuam sanctam sponsam
unicam, cum impia contumelia impetunt, potens
tia lacerti consternantur. Vsq̄quo domine qui
es sanctus & uerax non iudicas ac uindicas san-
guinē nostrū? Capper al hattothenū, hoc
Apocal. 6. est, propitius esto peccatis nostris, Psa. 78. Fac
cum seruis tuis secundum misericordiam tuam.
Ecce ppter te mortificamur Psa. 44. tota die
estis

estimati sumus sicut oves occisionis, opprobrium
 vicinis nostris. Exurge, quare obdormis domine?
 Exurge & ne repellas in finem. Deus uirtutum
 conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui
 erimus. Quare faciem tuam auertis? obliuisceris
 inopiae nostrae & tribulationis? Quoniam humi-
 liata est in puluere anima nostra, conglutinatus
 est in terra uenter noster: Exurge domine ad-
 iuuua nos ne pereamus, tua in Naui derelicti atq;
 contempti: ure renes nostros, redime nos, pro-
 pter nomen sanctum tuum: *ve al te uienu lide
 nisaion, aual hacilenu meraha,* *le* Matth. 6.
 amen, id est, & ne nos inducas in tentationem,
 sed libera nos à malo, Amen.

Psal. 118.

Psal. 78.

Psal. 79.

Psal. 25.

Matth. 6.

TRIPLEX ECCLESIAE
 persecutio.

VNA TYRANNORVM, qui martyres
 occidunt: De qua persecutioe Christus ait. Matth. 10.
 Cum persecuti uos fuerint in una ciuitate
 te fugite in aliam. ALTERA HAERETISTA-
 RVMEST: sunt qui uerae fidei confessores im-
 pugnant. De hac persecutione phimosomos, &
 in eternum Benedictus Christus, Mat. 7. Attēdite
 Z 2 inquit,